Impossibile est enim ut superbi humilitatem sapiant et capiant sicut lucem tenebre non compre-
hendunt. Quare fit ut multi superbi offendant in verbis dei que docent humilitatem.
Et merito docent eam, quia deum verum decet docere suas creaturas ut se creaturas
suas agnoscant et sibi subiectas, ac ipse solus sit superior et altissimus. Ideo qui se
in humilitate non servant, in deum offendunt in creatura apparentem. Deum non sub vel
infra sed super creaturas esse more dei volunt. Sic enim iudei volunt deum super humanitatem
christi se posuerunt. Qui si humiles fuissent non super, sed infra eum se posuissent et
sub deo super [illegible] altitudinem conscendissent. Sed de hoc satis.

Aspice in me et miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Intellectis igitur mandatis dei, nunc secundum ea sibi fieri petit. Quia enim humilitatem docent
et omnia continere que sunt contraria superbie et omnium que sunt in mundo, Oportet quod
nihil verecundum posset petere nisi misericordiam secundum verum, sed secundum iudicium i. e. opus
vel secundum fieri solitum (ut in glo.) diligentium nomen tuum. Non secundum fieri solitum
diligentium mundum et se ipsos. Sed sicut olim quod misertus fuit in figura Israeli carnali
sic spirituali misericordiam. Hic enim dicit: ut qui nihil querit in mundo quam suum et
se et cetera non querunt eius voluntatem quare multo magis in illis nunc querit ac non solum
[illegible]. Diligunt enim nomen dei et hoc solo nomine contenti, quod proprie
pertinet ad ecclesiam militantem: Nam hic nondum rem speciem scilicet dei vident. Sed tantum
nomen eius audit et ex auditu in fide diligit. Ubi enim bonus vel sanctus
nomen suum speciem et rem suam diligunt.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: et non dominetur mei omnis iniustitia.

Data misericordia et gratia pro eadem aliam quam dare oportet proficienti. Sicut data est incipienti
ut in gressibus non tantum virtus ad posse et incipere, sed et directio hic assumere ad
nosse et proficere, ne frustra sit prior data. Proficienti enim insurgunt insidie.
Et pharao exire permittit at nimium incipere, sed preterea omnino non potest sustinere. Et
nullus qui incipit ex nimium dei sentit resistentiam saltem in incipiendo, licet
plurimum ante incepto ut filii Israel in egypto. Sed incepto proposito mox sentit
rebellantem et magnam difficultatem. Ideo hic orare. Gressus meos dirige secundum eloquium
Sed maximum et periculosissimum resistens vel impediens est error veri et sub specie
illudens. Ideo hoc maxime deprecatur quod secundum eloquium tuum ut non dicat g. d. et non
meum vel hominum sensum, incedam, in singulari iustitia et propria. Sicut Sauli per
inobedientiam regum et Herodum et alii. Demonium enim meridianum solet eos illudere
dum per nimia studia exorbitant ab obedientia. Quod periculosissimum est studio multum
nostre religionis et studentium. De quibus segmentum.

Redime me a calumniis hominum: ut custodiam mandata tua. Non petierat
non tentari ab illis sed ne dominarentur ei ac prevalerent ut supra 18. Si mei non
non fuerint dominati tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo i. e. ab
derelicto. quam illi alieni docent relinquere et proprie elegerit ut i 18. est magnum
delictum superbie tunc solum et maximum. Sic nunc redimi ab illis oportet
imo a calumniis eorum ne vincatur et dominentur ei. Et est expressio pessima predicentes
quod sit illa iniustitia et iniquitas. Quod aut redimatur subiungit sed

Faciem tuam illumina super servum tuum: et doce me iustificationes tuas.
veste de petre et luce sit nunc illustratus corde interiores lapsos et insidias evadam